Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel:	Sammelhandschrift, Predigerorden betreffend – Nürnberg, STN, Cent. IV, 75
Signatur:	Cent. IV, 75

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

blachina relicta quondam Johannis angelini
de salibenis et matre angelini que ge
nuit ex dicto Johanne in castro quodam
quod rocha vulgariter nuncupatur ubi et
ego pauper fueram pluribus septimanis.

Nota alia mulierem liberatam a demone

Contigit quandam mulierem castri eiusdem
ab hoste maligno invadi ac nimis hor
rende vexari ita ut toti castro nota fie
ret eius vexatio. Hoc dum innotuisset
domine blanchine predicte subdite sue
compatiens affectabat virginem deprecari
ut illius miserie subveniret. Et sciens
eius humilitatem et quantum affligebat quando
ei talia dicebantur. Habito cum parentibus eius
consilio fecit vexatam illam duci ad se
in presentia virginis ut saltem ipsa eius
miseria ad compassionem inclinaret animum
eius ac sic ad eius liberationem induceretur.
Accidit autem ut dum illa sic duceretur
sancta virgo in quadam pace fienda inter
duos guerrantes actualiter tunc occupa
batur volebatque ad quendam alium locum
non multum distantem accedere in quo pax
erat perficienda. Que cum vidisset dictam
obsessam sic duci nec fugere posset eius
intuitum mox ad dictam dominam se vertens
et merorem cordis ostendens inquit. Par
cat vobis omnipotens deus domina quid est hoc
quod fecistis. Nunquid non satis a demonibus
ego vexor ut alias vexatas ad me feceri
tis coram me. Veruntamen aut quiescendo
sed ad demoniacam illam. Ne bonum huius
pacis impedias inimice deponas caput
in gremio huius et cooperta me donec redie
ro. Ad hoc verbum statim mulier illa
vexata caput absque cohibitione deposuit
in gremio fratris sancti anachorite cuius
supra facta est mentio qui tunc erat ibi
actualiter presens et hec michi retulit ut iam
dixi. Que etiam vexate mulieri designauerat virgo sancta. Tunc accessit vir
go domina ad opus pacis illius explendum.
Interim autem clamabat demon per os illius
vexate. Quare hic me detinetis. Permit
tatis me obsecro egredi quia crucior nimis
dure. Respondebant astantes quare non egre
deris certe hostium est apertum. Quibus ille
nequam spiritus respondebat non possum quia illa
maledicta me hic ligavit. Illis autem in
terrogantibus quis esset illa, nullo modo eam no
minare volebat quia forsitan non valebat
sed dicebat illa. illa. illa. inimica mea.
Tunc dictus sanctus frater petebat. Est ne
magna inimica tua. Et ille. maior quam ha
beam hodie in mundo. Tunc astantes
hoc audientes volentesque ipsum a clamori
bus compescere dicebant. Taceas quia
certe catherina iam venit. Ille autem primum
nunc respondit. non venit adhuc sed in
tali loco proxime designans ubi
erat. Illis vero petentibus quid faceret ibi
respondit. tenet in fine displicitatem iuxta
consuetudinem suam. Quo dicto clamabat
fortius. O quare hic detineor nunc tamen
nunquam movit caput mulieris de loco ubi
virgo domina iusserat illud stare. Tandem
post aliquam moram dixit. Modo venit
iam illa. illa maledicta. Astantibusque
petentibus ubi esset. respondit. Nunc non est
plus in loco illo. sed est in illo. Et post
parum dixit. Nunc est in tali loco et secundum ordi
nate loca media designabat. Ultimo
dixit. Nunc ingreditur hostium domus huius
quod realiter sic est inventum. Ipsa vero cubicu
lum ingrediente cepit fortiter exclama
re. Ah a quare hic me detinetis. Ad quem
virgo. Surge miser et egredere citius.
Dimittas hanc deo dilectam creaturam nec eam
audeas amplius affligendo vexare
Hiis dictis malignus spiritus ceteras